Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35413
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



usq; ad aliorum qui sunt corpore firmi
ores. frugalitate peruenire nequerunt.
Nec debent velle omnes quod paucos
vident. amplius non quia honorantur.
sed quia tollerantur accipere. ne contin
gat detestanda perversitas. ut in mo
nasterio quantum possunt fiunt diuites
laboriosi. fiant pauperes delicati.
Sane quemadmodum egrotantes
necesse habent minus accipere ne gra
uentur. ita exposita egritudine.
sic tractandi sunt ut citius recreentur.
etiam hii qui de humillima seculi
paupertate venerunt. tamquam illis
hoc contulerit recentior egritudo.
quod diuitibus anterior consuetudo.
Sed cum vires pristinas reparauerint.
redeant ad feliciorem consuetudinem
suam. que famulos dei tanto amplius
decet. quanto minus indiget. Nec